Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tamentum est in meo sanguine: hoc facite
quotiensciuq; bibetis in meam commemora
cionem. Quotiensciuq; enim manducabitis
panem hunc et calicem bibetis: mortem domi
ni annunciabitis donec ueniat. Itaq; quicuq;
manducauerit panem uel calicem domini indi
gne: reus erit corpis et sanguinis domini. Do
bet autem se ipm homo: et sic de pane illo edat
et de calice bibat. Qui manducat enim et bi
bit indigne: iudicium sibi manducat et bibit
non diuidicans corpus domini. Ideo inter uos
multi infirmi et imbecilles: et dormiunt multi.
Quod si nosmetipos diuidicaremus: nõ utiq;
iudicaremur. Dum iudicamur autem a dño
corripimur: ut non cum hoc mũdo dãpnemur.

Ante diem festum pasce sciens ihs: S. iohem
quia uenit hora eius ut transeat ex hoc mu
do ad pẗem: cũ dilexisset suos qui erant in mũdo.
in finem dilexit eos. Et cena facta cum dyabol
iam misisset in cor ut traderet eum iudas symo
nis scarioths: sciens quia omnia dedit ei pater
in manus: et quia a deo exiuit et ad deum uadit.
surgit a cena et ponit uestimenta sua. Et cum
accepisset linteum: precinxit se. Deinde misit a
quam in pelum: et cepit lauare pedes discipu
lorum et extergere linteo quo erat precinctus.